



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/311524>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

13.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERHARDI VISSCHER,
PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LUCAS ADRIANI,
Roterodamensis.

A. D. XXI M. OCTOB. A. MDCCCLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM.

MDCCCLVI.

THESES.

I.

non Rem alienam legatam cuius dominium heres natus est, legatarius vindicare nequit.

(Contra MAREZOLL *Zeitschrift f. C. u. P.*
IX. 299).

II.

Minus probanda sententia Clar. SAVIGNYI (*Oblig.* I. 277.) fidejussori non competere beneficium cedendarum actionum, contra reliquos fidejussores.

III.

Nulla antinomia est inter L. 3 D. de transact.
et L. 14 D. eodem.

IV.

Non facio cum KLENZIO (*Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft VI*) "interveniente osculo" in L. 16 C. de don. ante nupt. cognationem indicari.

V.

Tacitam hypothecam aedium non habet ex d. MARCI SCto, qui ad *reficiendas* aedes pecuniam credidit, nec creditores de in rem verso ut vulgo appellantur, tacitum pignus habent.

VI.

Tutor pupillam suam uxorem ducere potest, nec requiritur consensus judicis cantonnalis, nec tutor ad hoc datur.

VII.

Si quis duos habet equos, et horum unum Tilio legaverit, heres pessimum praestare potest, nec obstat Art. 1015 et 1016 C. C.

VIII.

Per Art. 1054 C. C. testator totius hereditatis possessionem dare potest executori, licet adsint heredes, quibus legitima debetur.

IX.

Non tantum pro volente sed etiam pro invito quis fidejussor fieri potest.

X.

Fidejussor in contractu locationis et conductio-
nis, qui pensionem solvit pro conductore, contra-
ctus rescissionem petere non potest.

XI.

Societas anonyma, regia auctoritate approbata,
a judice rescindi potest, si aut juri publico aut
bonis moribus aduersetur.

XII.

Exceptio doli ex Art. 119 C. M. non prodest
acceptanti, nisi contra eum qui dolo fecit.

XIII.

In casu quo acceptatio litterarum cambialium ex
earum natura necessaria non est, si illa rogata et
non impetrata est, Art. 108 et 109 C. M. non
obstant indossato, qui protestationem negatae ac-
ceptationis neglexerit.

XIV.

Probanda non est sententia adnotatorum Amstelodamensium Art. 253. al. 2. C. M. intelligendum esse de assecuratione partis pro diviso.

XV.

Exercitores derelinquendo navem se a solutione litterarum cambialium, secundum Art. 372 C. M. trassatarum, liberare nequeunt.

XVI.

Medicus ex Art. 319 C. P. omnino ob latam culpam puniendus est.

XVII.

Confessio delicti non necessaria est ad gratiam impetrandam.

XVIII.

Officiali publico munere abutenti recte resisti potest.

XIX.

Non adsentior Ampl. CARNOT statuenti in casu Art. 329 C. P. licere etiam extraneo furem nocturnum occidere.

XX.

Nullus bancaeruptor condemnari potest nisi sententia de ejus statu declaratoria praecesserit.

XXI.

Ius bellum indicendi penes solum Regem esse probandum existimo.

XXII.

Coloniarum quoque delegatis locus in coetu Ordinum Generalium concedendus mihi videtur.

XXIII.

Ex lege fundamentali Rex quidem habet jus circa sacra, non in sacra. Nullum igitur Ei jus est immiscendi se in rebus Ecclesiae, qua propter confirmatio regia designati sacrorum antistitis improbanda videtur.

XXIV.

Minder juist zegt onze grondwet Art. 174: *Het gewigt, de gehalte en de waarde der muntspecien worden door de wet geregeld.*

XXV.

Zeer goed zegt SAY (*Cours complet d'Economie*

Politique I. 168): L'intérêt de chaque individu lui fait une loi de choisir une seule occupation et de s'y tenir.

XXVI.

Eene belasting op het inkomen verdient verre de voorkeur boven die op de bezittingen.

XXVII.

Teregt zegt SMITH (*Wealth of Nations by J. R. M' Culloch* fourth edition page 372). Every tax ought to be so contrived as both to take out and to keep out of the pockets of the people as little as possible, over and above what it brings in the public treasury of the state.
